

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De effidente Sacramentorum causa, quoad eorum administrationem. 5

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

Tract. 18. & disp. unica. de Sacr. Punct. I V. & V.

stabit ex dicendis in singulis Sacramentis. Atque ita sufficiet ad dicitur de Coninch. q. 60. art. 8. dub. 2. in fine. n. 84. Bonac. disp. 1. q. 2. p. 1. à n. 33.

Dixi scilicet necessitate. eò quid graue dubium sit, an ea stante mutare possit modum, & ritum in administratione Sacramentorum ab Ecclesia prescripsum. Cui dubio satisfecimus; tum tract. 2. de peccat. disp. 1. pun. 13. & tract. 3. disp. 1. pun. 16. & quando licet vii opinione probabili, & materia dubia in Sacramentorum administratione, tract. 1. disp. 2. pun. 5.

P V N C T Y M IV.

De causa efficiente Sacramentorum, quoad eorum institutionem.

- 1 A summo Deo tanquam à principali authore sunt omnia Sacra menta instituta, à quo communicata est Christo Domino, quā homo est, potestas Sacra menta instituuntur.
- 2 Hanc potestatem, quam Christus habuit, nemini, alteri communicavit;
- 3 Communicari tamen potest pura creatura, sed non equū per festa.

Dplex est causa efficiens Sacramentum. Alia instituens alia institutum ministriat. De causa instituente agemus in prælenti, & in sequenti punto de ministrante.

1. Certum est Sacra menta omnia à summo Deo, tanquam à principali authore instituta esse, quia solus Deus gracie sanctificans author est; ac proinde ille solus insinuare signa potest, quibus positus gratia conferatur, vel conferenda significetur. Sic D. Thom. quem sequuntur q. 64. art. 2. Neque hūc veritati obstat, quid tēpore legis natura Abramus, & tempore legis scripta Moysè, & tēpore legis gratiae Christus Sacra menta à Deo instituta manifestauerint, sicut dixi Paul. ad Hebr. 1. multificari, multisq[ue] modis olim Deus loquens in Prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, &c. quia Abramus, & Moysè non Sacra mentorum institutores, sed promulgatores fuerunt. Christus vero Dominus, quā homo est, Sacramentorum nouae legis promulgator fuit, sed non primarius institutor, & author, quia non ex virtute proprias excepit a Deo Patre, & ab ipso qua Deus est, gratiam sanctificatam conseruit, aut conferre potest: sic D. Thom. q. 64. art. 1. ibidem, Suarez. disp. 1. f. 1. concl. 2. & 3. Aegid. de Coninch. art. 2. & 4. dub. 1. & 2. Bonac. de Sacram. disp. 1. q. 3. p. 1. n. 2. & 3. Paul Layman. lib. 5. tract. 1. cap. 5. q. 1. Verum est si Christus Dominus, quā homo est, non fuerit primarius Sacramentorum nouae legis author, & institutor, at verē, & proprie illorum fuit institutor ex potestate ad Deo accepta: ob excellentiam enim, quam haber humana natura ex unione hypostatica ad Verbum, data fuit Christo Domino, quā homo est, potestas signandi signa sensibili, quibus gratia communicaretur, iuxta illud Marc. v. 1. Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. Ex qua potestate Sacra menta omnia nouae legis instituit, in quo maximē differt ab Abrahamo, & Moysè, qui solū fuerunt promulgatores Sacra menta à Deo signati, non tamen ipsi data fuit potestas sensibili signa designandi, quibus gratia communicaretur, sicuti data fuit Christo Domino, quā homo est.

2. Hanc potestatem excellebat ipse Christus nobis promeruit, & insuper promeruit nobis vnum illius potestatis, & Sacra mentorum operationem. Quia hoc meritum & Christū commendat eiusq[ue] dignitatem excolli, & nos eius obsequio strictius obligat, & diuinicit. Nemini autem hanc potestatem Christus Dominus comunicavit; nec vlli alteri præter Christū à Deo data fuit, sicuti aperte colligit ex Trident. fess. 7. can. 1. dicente, anathema esse qui dicere omnia Sacra menta nouae legis non fuisse à Christo Domino instituta, & fess. 14. can. 1. Idem de extrema vniōne definitur, ut de qua poterat speciale dubium esse, eò quid exprestē ex nullo loco Euagelij colligatur Christum Dominum hoc Sacra mentum instituisse. At traditione Ecclesia, cūsque declaratione pro certo tenendum est hoc Sacra mentum, sicut & reliqua omnia per se instituisse. Apostolis autem illius, & aliorum prædicantium, nem, dispensationem communicasse, iuxta illud 1. Corin. 4. 9. 1. Si nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, id est Sacra mentorum. Expediebat namque, vt Christus Dominus antequam ad eolum migraret, suam Ecclesiam perfecit fundarer. At ad illius perfectum fundatum Sacra mentorum institutio pertinet. Ergo ab ipso, & non ab Apostolis omnia fuerunt instituta, & ita sustinet D. Thom. q. 60. art. 4. Sicut. disp. 11. fess. 1. Valq. disp. 155. cap. 1. Aegid. de Coninch. dub. 1. à num. 7. & dub. 2. n. 19. Paul. Layman. lib. 5. tract. 1. c. 5. q. 1. & 2. Bonac. disp. 1. q. 3. p. 1. à n. 4. 3. Solum est inter Doctores controvērsia, an ea potestas, quam habuit Christus Dominus, quā homo est, aliqui pura

creature communicari possit? Alij affirman, alii negant, quorum opiniones conciliant optimè. Aegid. de Coninch. dicta. q. 64. art. 4. dub. 2. Paul. Layman. lib. 5. sum tract. 1. c. 5. q. 2. dicentes communicari posse, sed non cum ea perfectio ne, ac fuit Christo communicata. Priorē partem probo, quia potuit Deus pura creature in p̄mūliū alicuius boni operis facti, vel faciendi, vel ex pura liberalitate potestatem concedere designandi aliqua signa stabilia, quorū recto usui gratiam iustificantem annexeret. Sed hęc est potestas sacra menta instituendi. Ergo pura creature hęc potestas communicari à Deo potest. Secundam verò partem, scilicet hęc potestatē non clē ita perfectam, sicuti est perfecta, quam habuit Christus, sic manifesto: quia Christo fuit concessa hęc potestas quodammodo ex debito, tum ob excellentiam personæ, tum ob eius opera de condigno meritoria huius potestatis, & illius usus, ac effectus, que nullatenus pura creature conuenient potiunt. Non enim pura creature hęc potestas debita esse potest, neque ob eius excellentiam, neque ob opera meritoria, cum nulla pura creature de condigno mereri possit alieni peccati remissionem.

P V C C T Y N V.

De efficiente Sacra mentorum causa, quoad eorum administrationem.

1. Minister Sacra mentorum solus est homo viator.
2. Legitima intentio ad valorem Sacra menti requiritur.
3. Actualia necessaria non est, sed suffici virtus.
4. Quando hęc intentio virtus adit, explicatur.
5. Habitualis, & interpretativa intentio non sufficit.
6. Intentio sufficiens debet esse absolute, non conditionata pendens a futuro eveniu. Excipitur matrimonium.
7. Intentio sub conditione presenti, vel præterita non vitiat Sacra mentū, illiciē tamē aponitur absq[ue] causarationib[us].
8. Probitas ministrī ad valorem Sacra menta necessaria non est, benē tamē ad illius licitum usum.
9. Existens in peccato, & Sacra mentum administratur debet conari ad contritionem.
10. Excipitur ab aliquibus administratio baptismi seclusa solemnitate. Non admittitur exceptio.
11. Alij excipiunt Sacra mentum matrimonij. Sed neque hęc exceptio approbar. *Et*
12. Alij, sed pauci excipiunt Eucaristia ministracionem. Sed reprobanda est exceptio vt aliena à veritate.

Sacra mentorum precipe nouae legis solus est constitutus minister homo viator, quia pro cursu huius peregrinationis, & in illius subdilectum tunc à Christo instituta, & hominibus concessa. Expediebat ergo solum hominem in hac vita degentem illorum ministrum esse: vt docuit D. Thom. q. 64. art. 7. quē ferē omnes Doctores sequuntur apud Aegid. ibidem. Sicut. disp. 13. fess. 1. Bonac. disp. 1. q. 3. pun. 1. à n. 9. Hinc fit neque dæmones, neque Angelos beato sacramentorum ministrii esse. Quod si aliquando confundat dæmones, vel Angelos sacramentum aliquod ministrasse, credēdū est Angelis datum esse à Deo potestatē, & ex hac potestate diuinus, & miraculosē accepta sacramentum concessisse, vt multis exemplis exocnunt Sayr. lib. 2. de Sacr. 3. q. unica art. proposito. 5. Dæmonibus autem nunquam credendum est hanc potestatem communicari, sed ex sua malitia sacramenti ministracionem artentasse. Sic D. Thom. q. 64. art. 7. Valq. ibi. Aegid. de Coninch. n. 55. & seq. Sayr. dictib. 2. c. 3. q. unica art. 2. & 3. Bonac. disp. 1. q. 3. p. 10. & seqq. Sicut. disp. 13. fess. 1. 2. Duplex pro Sacra mentorum administratione expostulatur in ministro conditio, videlicet legitima intentio, & pura conscientia. Si de intentione legitima loquimur, ita necessaria est ad sacramentum valorem, vt ea deficiente nullum Sacra mentum conficiatur: etiam enim Sacra menti ministratio libera esse debet, necessario expostulatur in ministro voluntas libera illius, atque adeo quod liber velit, & intendat Sacra mentum confidere, sicut Christus instituit. Conclusio est de fide definitio à Trident. fess. 7. can. 11. & fess. 14. can. 9. & à Florent. Concilio, Decretio de vniōne Armeno.

3. Quapropter solum est dubium, que intentio sufficiat, & necessaria sit sufficiere actualē nemini potest esse dubium cum sit intentio praecipua, que habet potest. Sicut. disp. 13. fess. 3. circa medium. Valq. 3. p. 1. disp. 138. cap. 6. Bonac. disp. 1. q. 3. p. 2. & 3. à num. 11. At hęc intentio actualis necessaria non est, sed sufficit virtualiter, & moraliter perseverans. Non enim expediebat Christum Dominum in Sacra mentorum administratione expostulare voluntatem moraliter impossibilem: haberi autem communite voluntatem actualē vix erat possibile. Non igitur, est censendum illam Christum Dominum expostulare: Sic D. Thom. quæst. 64. art. 9. Sicut. disp. 13. fess. 3. circa medium. Aegid. de Coninch. art. 2. dub. 2. Sayr. lib. 2. cap. 4. q. 4. art. 2. Bonac. disp. 1. q. 3. p. 3. num. 11.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars IV.

A 3 Paul

6
Dé efficiente Sacram. causa, quoad eorum admin.

Paul. Laymann. lib. 5. tract. 1. cap. 5. concl. 2. & alij iuumeri apud iplos.

4. Quod si iniurias, quando censaris habere intentio-
nem virtualem Sacramentum conficiendi? Respondeo te
censi illam habere, cum actualis tua voluntas in ali-
quo opere ad Sacramenti administrationem ordinato per-
seuerat. Secus vero si actualis voluntas extraneo opere,
& alieno à Sacramenti administratione interrumptur.
Exempla sunt, si velis sacram facere, aut Baptismum,
vel Ordinem ministrare, & ex hac voluntate pergis ad ec-
clesiam, vestimenta assumis, aliaque necessaria præparas, talis
voluntas rum in confectione itineris, tum in suscep-
tione sacrarum vestium, tum in aliorum requisitorum functione
virtualiter perseuerat, quia perseuerat illius actualis voluntatis,
virtus, & efficacia, si quidem ob eam voluntatem & in
illius executionem ea opera sunt. Secus est, si habita vol-
luntate Sacramentum conficiendi te diuerteres ad aliud
opus præstantum, quod neque ex illa voluntate nascitur, ne-
que ad illius executionem dirigitur; quia eo opere posito
prima illa voluntas actualis ministrandi Sacramentum in-
terrupta est, cum neque actualiter, neque virtualiter dureret.
Sic explicit Bonac. disp. 1. de Sacram. q. 3. p. 2. §. 3. num. 3.

Paul. Laymann. lib. 5. tract. 1. cap. 5. q. 5. n. 11. Egid. de Co-

ninck, q. 64. art. 8. dub. 2. num. 71.

5. Præter hanc voluntatem actualis, & virtualis est alia
voluntas, quæ vocatur habituans, & interpretativa: habi-
tualis, inquam, quia habitu manet; interpretativa vero,
quia homines interpretantur, ac si actualiter adesset, &
quod præterit & reuocata sit. Hæc igitur voluntas, ut
ab actuali, & virtuali distincta est, insufficiens est. Ad Sacra-
menti administrationem: quia Sacramenti causa non est; si
quidem ex illa voluntate præterita, & in habitu permanenti
neque Sacramentum, neque alia actio, quæ Sacramenti ad-
ministrationi connexa sit, procedit. Quod à fortiori verum
habet, si ministratio contingat tempore quo rationis vnu
destitutus esset. Nam etto habuisse ante voluntatem con-
ficiendi Sacramentum, illamque haberes, si rationis com-
pos es; quia tamen de facto cum illud Sacramentum con-
ficiens, non prædictis humano, & rationabilis modo, ea de causa
voluntas illa insufficiens est. Christus enim insufficiens Sacra-
mentum, & potestatem hominibus ad ministrandi conce-
dens voluit, ut secundum rationem administrarentur, quod
sicer non potest ab hoc rationis vnu destituto. Neque huic
veritati obstat, quod adulto destituto rationis Baptismi
Sacramentum, Ordinis, Extremeunctionis, imo & Penitentiæ
concedi possit, si antea ad illa Sacraenta recipienda
se dispositus, quia minus ad recipientium quam ad agendum
requiritur. Et præterea quia concedi Sacraenta amentibus
per se non debet, secus vero quod per amentes ministrantur,
sicut indecens non est, sed potius misericordie & liberalita-
tis opus, quod tua bona in amentis pauperes distributas; ac
dedecet maximè quod ea per amentes distribueres. Neque
item obstat homicidium tibi imputari in amentia, vel ebrie-
itate commissum, si cum inebriatus es prædicti commis-
surum, quia ad hanc impunitationem sufficit, quod caufam
homicidij oppositis liberet, ad Sacramentum ministrandum
non sufficit præberæ causam illius, sed insuper requiri-
tur, ut ipsiuntem Sacramentum liberet, & humano modo
ministretur: quia est dispensatio a Christo concessa suorum
ineriorum, quam non est credendum concessisse hominibus
irrationabilis modo operantibus. Non igitur intentio habitualis,
& distincta an actuali, & virtuali sufficit ad Sacra-
mentum ministrandum. Atque ita sustinent ex communione
omnium sententia Suar. disp. 13. sect. 3. concl. 2. & Egid. de
Coninch. q. 64. art. 8. dub. 2. n. 7. 3. Bonac. disp. 1. q. 3. p. 2. §.
3. n. 11. Paul. Laymann. lib. 5. tract. 1. de Sacram. cap. 5. circa si-
nem, & alij plures apud iplos.

6. Rursus intentio actualis, vel virtualis conficiendi Sa-
cramentum, seu faciendi, quod Christus instituit, debet ne-
cessariò esse absolute, cum aponitur materia, & forma Sa-
cramenti non conditionata pendens à futuro eventu. Quia
in potestate ministri constitutum non est materia, & forma
Sacramenti posita coram significatione suspendere. Non
enim ex intentione ministri, sed ex Christi institutione si-
gnificationem habent. At Christus Dominus materia, &
forma Sacramenti significatione gratia annexuit. Non
igitur potest minister illam suspendere vsque ad futurum
eventum. Quocirca non potest minister hodie Petrum ba-
ptizare, ordinare, confirmare sub conditione, quod in crat-
ium misericordie, vel penitentie actum exercet. Quia ne-
quit intentionem conficiendi Sacramentum habere pro tem-
pore, quo non est illius materia, & forma. At tempore, quo
conditio purgatur neque verba baptistini profertur, nec
Petrus aqua mergitur. Ergo non est illius materia, & forma.
Ergo non potest esse intentio illo tempore Sacraenta con-
ficiendi. Sic docent plures relati ab Henr. lib. 1. c. 10. n. 7.
Suar. disp. 13. sect. 3. concl. 3. Conin. q. 64. art. 8. dub. 2. concl. 2.
§. 3. Bonac. de Sacram. disp. 1. q. 3. pun. 2. §. 4. num. 19. Paul.

Laymann. lib. 5. tract. 1. de Sacram. cap. 5. concl. 4. Ab hac doctrina
prædicti Doctores excipiunt & bene Sacramentum mar-
rimonij, & quod iuri fundamentum sit humanus contractus,
qui penderet potest à conditione futura, & ea posita perfici.
Quod in aliis Sacramentis vix potest materia, & forma physi-
& non morali constantibus esse non potest.

7. Verum si conditio, sub qua Sacramentum ministratur
præfens est, vel præterita, validum est Sacramentum sub ea
conditione ministratum, quia eius significacione non su-
pendit, cum sit intentio conficiendi Sacramentum eo tem-
pore, quo ministratur eius materia, & forma, siquidem eo
tempore conditio existit. Atque ita docent Suar. dicta d. 13.
sect. 3. concl. 3. Conin. q. 64. art. 8. dub. 2. concl. 2. Bonac. disp. 1.
de Sacram. q. 3. p. 2. §. 3. a. n. 18. Laymann. lib. 5. tract. 1. de Sac-
ram. cap. 5. in fine, & alij.

Verum esti Sacramentum posita conditione de præterito,
vel de præsenti validum sit; at graue peccatum est eo modo
abique causa saltem probabili administrari, & quod te ex-
ponas periculo irrum faciendo Sacramentum casu quo
non adesser conditio, sub qua illud ministras. Sic Henr. lib. 1. cap. 10. n. 7. Suar. disp. 3. sect. 3. concl. 3. Bonac. disp. 1. q. 3.
p. 2. §. 3. num. 20. & alij apud iplos.

8. Secunda conditio, quæ pro Sacramentorum administra-
tione requiritur, est probitas ministri. Sed hæc ad validum
vnu Sacramenti necessaria nō est. Non enim Christus Domi-
nus suorum Sacramentorum valorem, & efficaciam ex fide,
& probitate ministri pendere voluit. Sicut docuit D. Th.
quem ferè omnes sequuntur, q. 64. art. 5. Egid. de Conin.
Valsq. Pefant. ibid. Suar. disp. 13. sect. 4. Bellarm. lib. 1. cap. 26.
Sayr. lib. 2. cap. 6. art. 2. q. 2. vñca. Bonac. disp. 1. de Sacram. q. 3.
p. 2. §. 1. num. 1.

Verum esti hæc conditio ad valorem sacramenti necessa-
ria non sit, at necessaria est ad licitum illius vnu: cum enim sacramenta conferens Christi minister sis, & suorum
meritorum dispensator, irreuentiam non leuem cōmitis
aduersus dignitatem Christi; & suorum meritorum, si ei grata-
tus non sis, sed potius in peccato mortali existas, illiusque
hostis, & inimicus, ac diabolii mancipium. Quod à fortiori
procedit, quando ex susceptione alicuius Sacramenti ad
ea sacramenta ministranda consecratus existas, quia eo ipso
speciale obligationis subiaceat ea dignè tractandi. Atque ita
docent D. Thom. q. 64. art. 4. q. 6. Gaiet. ibid. Valen. tom. 4.
disp. 1. q. 5. pun. 1. Coninch. art. 6. dub. 1. concl. 1. Suar. dicta p. 16.
sect. 3. Valsq. 3. disp. 13. cap. 1. 2. & 3. Bonac. plures referens,
de Sacram. disp. 1. q. 3. p. 2. §. 1. n. 7. Layman. lib. 5. tract. 1. cap. 5.
concl. 2. & sumitur ex Angust. relatio in cap. omnia 1. q. 1. ibi
omnia sacramenta cum obstat indigne ministrantibus, pro-
sum tamen per eos dignè sumentibus. Idem colligitur ex
cap. vi. 1. q. 8. ibi mali bona ministrantes se tantummo-
dò lèdunt, & cap. vi. 1. de cohabitatis. clericor. & mulier. ibi. Ve-
rum esti quemlibet pro peccato mortali quoad seipsum
conster esse suspicimus, &c.

9. Hinc sit te existenter in peccato mortali, & volentem
administrate quolibet sacramentum, obligarum esse sub
graui culpa conari ad contritionem habendam, nisi forte ob
angustiam temporis, quo sacramentum necessariò mini-
strandum est, videaris non poruisse contritionem excitare,
& ite disponi. Sic prædicti Doctores. Specialiter Valsq.
Egid. Layman. quia eo ipso, quo sacramentum ministras,
personam Christi geris, & suorum meritorum es dispensator.
Debes ergo & Christi affilii, & eius merita dignè
tractare. Exculpi autem potes, sed raro ab hac obligatione, si
ita virga necessitas, Sacramentum v.g. Baptismi, vel Peni-
tentie motu ministrandi, ut mortaliter non porueris prius
a peccato purgari, quia celstis irreuentia sacramenti ob-
cecerit illius administrationem, & proximi necessitatem, si-
cūti celstis, cum indigne sacramentum ministras, ne eum in-
fames, vt bene notaui. Egid. de Coninch. q. 64. art. 6. dub. 1.
num. 22. Layman. lib. 5. sum. tract. 1. cap. 5. n. 8.

10. Aliqui excipiunt ab hac doctrina administrationem
sacramenti Baptismi sine solemnitate a sacerdote factam,
eo quod haec administratione a laico fieri possit, nec sit pro-
prius actus Ordinis, nec procedat a sacerdote, vt a ministro
ad eum ministrandum modum conferat, & quasi ex officio
deputatus. Sic D. Thom. 3. p. q. 64. art. 6. Suar. disp. 16. sect. 4.
per rotam. specialiter in fine. Valen. pun. 3. Sayr. lib. 2. cap. 7. q. 1.
art. 2. & 4. Bonac. de Sacram. disp. 1. q. 3. p. 2. §. 1. n. 11. & 12.
Eman. Sa. verbo baptismo. n. 1. & 15. in edit. Romana. & alij.
Sed haec exceptio admetti poterat comparatione laici in ne-
cessitate baptismum ministrantis, non tamen in sacerdote,
qui ratione confectionis deputatur ad quorūlibet Sacra-
mentorum dispensationem, ac proinde quoque cunctis, &
quomodo cunctis ministris, ministras ex officio: si enim
cum solemniter baptizat, censetur esse minister publicus ab
ipsa ordinis susceptione deputatus etiam cum abique so-
lemnitate ob occurrentem necessitatem baptizat, debet cen-
seri publicus minister, & ex officio ad id deputatus, quia ba-
ptismus solemnis a priuato solito differt in ceremoniis, &
ritibus

titibus ab Ecclesia institutis. Ergo si Sacerdos ex vi suscep-
tus est ordinis conferatur ad ministrandum baptismum, & quod ad
ministrandum baptismum solemiter, & priuatem confera-
tur, neque ex vi conferacionis unum prae alio spectari pos-
test, alias solemnitas a iure diuino est. Sic sustinet Aegid.
de Coninch. q. 6. art. 8. num. 36. Paul. Layman. lib. 5. tract. 1.
6.5. concl. 2. cap. 3.

11. Secundum excipiunt alijs matrimonium affirmantque con-
trahentes illud in peccato mortali mortaliter non peccare,
qua parte illius sacramenti sunt ministri, esto peccent qua
parte obicem ponunt gratia recipienda, quia non sunt ad
illud ministrandum [specialiter] deputati. Sic docuerit Sotus
in 4. disp. 1. q. 5. art. 6. Sayr. lib. 2. de Sacram. cap. 7. q. 1. art. 5.
Sanch. lib. 2. de matr. disp. 6. num. 4. Suar. 3. p. 9. 65. dypat. 16.
scđ. 4. verf. ad fundam. Bonac. disp. 1. de Sacram. q. 3. p. 2.
§. 1. num. 9. Aegid. de Coninch. q. 6.4. art. 8. dub. 1. n. 38. Susti-
nenti hec exceptio porreit ut satis probabilis. Sed probabilius
existimo tam hanc, quam praecedente exceptionem admittendum non esse, sed omnino affirmandum cuiuslibet
Sacramenti confessionem, in peccato mortali grau peccatum
esse. Quia censeo grauem irreuerentiam Christi fieri
si ab eius hoste, & inimico eius merita assumuntur dispen-
sanda. Neque obstat quod minister non sit ex officio ad id
specialiter deputatus, quia irreuerentia non sumitur
ex deputatione, quam ex ministerio ad quod minister est
deputatus. Alias si ex deputatione sumeretur irreuerentia
initiatus ordinibus minoribus, & illorum actus exercens in
peccato mortali peccare mortaliter. Idemque effet de con-
firmato in fide, & illam coram tyranno profite in pecca-
to mortali, & de coniugib[us] vni matrimonij in peccato
mortali vacansibus, quia ad h[oc] omnia sunt ex officio depu-
tati. Que certe admittenda non sunt. Non igitur ex deputa-
tione, sed ex ministerio ad quod quis est deputatus, irreuer-
entiam desumuntur est. Tator tamen ex deputatione irreuer-
entiam augeri, sed intra eandem speciem, non tamen
transferti in aliud irreuerentia genus, ac proinde si mini-
stratio sacramenti absque deputatione solum effet veniale
peccatum ob deputationem mortale esse non potest.

12. Tertiis excipiunt alijs sed pauci Eucharistie conser-
vata ministracionem, eo quod haec ministratio non sit sacra-
menti confectio, sed confecti distributio, ac proinde non
videtur grauis irreuerentia Christo facta, si in peccato mortali
sunt. Alias Diaconus, in modo Laicus in necessitate sacra-
mentum sibi, vel alteri porrigenus peccaret mortaliter, quod
non videat admittendum. Non igitur haec distributio in
mortali mortale constituit. Deinde non esset mortale Christi
sunt in terra existentes a peccatore humiliiter, & reuer-
ter tangi, ergo neque etiam existentes in venerabilis Eucha-
ristie sacramento. Sic sustinet Henric. quodlib. 6. q. 30.
Martin. Lefedina. t. 4. q. 5. a. 6. dub. 1. relati a Sayro statim
referendo. Didacus Nunez. q. 6.4. art. 6. disp. 1. concl. 2.

Sed haec exceptio nullatenus est admittenda, quia distri-
butio sacramenti Christum continentis est actio religiosissi-
ma, & grauissima: per illam enim merita Christi Domini
communicantur, & recipientes cum Christo vniuent. Re-
quirit ergo in distributore puritatem, praecepit enim haec
distributio nomini Christi sicut, & maximè si sicut à Sacerdo-
te, & à Diacono in necessitate, qui sunt ministri ad hoc munus
deputati. Et ita loquentes de sacerdotio, & Diacono docen-
tent Sylu. verbo Eucharistia, q. 4. Sotus in 4. disp. 13. q. 1. art.
3. Suar. disp. 16. scđ. 4. disp. 72. scđ. 4. Greg. de Valen. t. 4. disp. 6.
q. 10. punct. 1. Sayrus lib. 2. q. 7. q. 1. art. 5. num. 6. Aegid. de Coninch.
q. 6.4. art. 6. dub. 1. n. 35. Bonac. disp. 1. q. 3. punct. 2. §. 1.
circ. finem. Neque est simile de tangentia Christum in terra
existentes, quia ille contractus, sicut & contactus sacra-
menti non est sacramenti, & meritorum Christi distribu-
tio, & communicatio, ac proinde non aequaliter puritatem
exploitaret, sicut expulsa sacramenti distributio. Ex quo
sic leuare Eucharistiam in terra existentes & ex uno alteri
in aliud transferre non est mortale, esto a peccatore fiat,
quia non est sacramenti distributio, neque illa irreuerentia
tanta, ut mortale peccatum concatur constituere. Sic Suar.
disp. 72. scđ. 4. verf. fed. obitiae. Valq. disp. 1. n. 19. Aegid.
de Coninch. q. 6.4. art. 6. dub. 1. n. 19. Bonac. de Sacram. disp. 1.
q. 3. p. 2. §. 1. circ. finem. Sayrus super num. 8.

P V N C T . VI.

Qualiter probitas requiratur in conscientibus Sa-
cramentalia, exercentibus ordinis functiones, aliorumque Sacramentorum vsum.

1. Plures docent esse peccatum mortale confidere sacramenta-
lia in peccato mortali.
2. Probabilitas est oppositum.
3. Fit satis opposito fundamento.
4. Non peccat mortaliter (secluso scandalo) Episcopus pecca-
tor conferens primam tonsuram, benedicens oleum,
conferans Altaria.

5. Neque Concionator verbum Dei in peccato predicanus.

1. **S**atis communis sententia est peccatorem conficien-
tem sacramentalia, exercentem actus ordinis sacri
mortali peccare, quia indignè tractat munus sacram ad
quod est vi conferacionis deputatus. Colliguntur ex Gregor.
c. vlt. de temp. ordinat. Vbi postquam dixit clericos occulta
adulteria, vel alia crimina committentes postquam peni-
tuenter impediendos non esse, ne ad altiores Ordines ascend-
dant, neve in suscep- minister, subiungit. Quod si peni-
tuenter monendi sunt, & sub intermissione diuini iudi-
cij obtestantur in testimonium sua damnationis in suscep-
tis etiam Ordinibus non ministerent. Et igitur peccatum
mortale cuiuslibet Ordinis facti ministratio. Sic Nauar. c. 25.
n. 72. scđ. 27. n. 163. Sayrus pluribus relatis. lib. 2. de Sacram.
c. 7. q. 2. art. 1. De aliis vero functionibus Ordinum minorum
aliorumque sacramentorum vnu, censem non esse mor-
tale si a peccatore fiant, quia non videntur ita grauem irre-
verentiam constitutre.

2. Ceterum probabilius existimo nullum exercitum Or-
dinis, vel alterius sacramenti præter sacramenti ministracionem
a peccatore factum mortale esse, sic docuit Henric.
de Gandau quodlib. 6. qu. 30. Sotus in 4. disp. 1. q. 5. art. 6. &
disp. 2.4. q. 1. art. 4. pos. 7. concl. & disp. 25. q. 1. art. 4. Palau. 4.
a. 1. p. 3. & 6. disp. 2. Suar. disp. 16. scđ. 3. Greg. de Valen. t. 4. disp.
3. q. 5. punct. 3. Aegid. de Coninch. q. 6.4. art. 7. dub. 1. n. 39. Bonac.
disp. 1. q. 3. punct. 3. §. 1. n. 4. & seqq. Valq. 3. disp. 136. n. 50. Fa-
tuer Paulus Laymann. lib. 5. tract. 1. e. 5. concl. 4. Ratio ea est,
quia neque ex munera sanctitate, & dignitate, neque ex de-
putatione ad ipsum exercendum videtur colligi mortalem
irreverentiam esse in peccato mortali exerciti. Quia omnia
illa munera ex se sanctitatem non conferunt, ac proinde illa
exercens merita Christi non distribuitur. Non igitur sub graui
culpa sanctitatem habere tenentur ea exercentes. Et confi-
mo. Initiatus Ordinibus minoribus deputatus est ad illo-
rum ordinum exercitum, quod ferat, & quod dignum est, ac est
exercitum Subdiaconi, & Diaconi. Item suscipiens Confir-
macionis Sacramentum deputatus est ad fidem coram ty-
ranno profitendam, qui actus dignissimus est, & tamen si
hunc actum peccator exerceat, non obinde peccabit morta-
liter, sicut neque initiatus minoribus actus illorum Ordinum
exercens. Ergo neque etiam est censendum peccare
mortaliiter exercens actus Ordinum maiorum: cum depu-
tatio aequaliter sit in omnibus iis actionibus; & ferre in eis nullus
excessus sanctitatis, & dignitatis.

3. Neque obstat Gregor. IX. in cap. vlt. de tempor. ordin. de-
finientem Clericos peccatores in suscep- tis Ordinibus mini-
strantes ministrare in testimonium sua damnationis. Non enim ministerant in damnationem, sed in testimonium damnationis, & quod ipsa sua ministracione, que sancta est,
testantur damnatione dignos esse, non ob ministracionem,
sed ob peccata quibus maculati sunt, quia in suscep- tis Ordinibus ministeria. Alias Clerici minoribus initiati,
& in ipsis ministrantes ministerant in damnationem suam,
peccante mortaliter, cum Pontifex de omnibus Cleri-
cis generaliter loquatur. Non igitur definitius Pontifex mi-
nistracionem Clericorum peccatorum esse in illorum damnationem, sed in testimonium damnationis, quia ipsam
ministratio utpote sancta testatur ipsos damnatione dignos
esse, cum eorum vita puritati ministracionis non sit confor-
mis. Sic explicat Aegid. de Coninch. q. 6.4. art. 6. dub. 1. n. 41.

4. Hinc fit Episcopum peccatores conferentes primam
tonsuram, oleum benedicentem, Ecclesias, Altaria, Christis,
sacra vasa, & virgines conferantem, nuptias, aquam, popu-
lum etiam cum venerabilis Eucharistie Sacramento bene-
dicent, Subdiaconi, & Diaconi peccatores fol-
lementer Episcopam, vel Euangelium canentes non peccare
mortaliiter, quia non exercent actus, quibus sanctitas ex
opere operata annexa sit. Sic Valen. Suar. Valq. Bonac. Co-
ninch. & Sotus locis citatis.

5. Fit secundò Prædicatorem verbum Christi prædicatorem

(secluso scandalo) mortale non sommitere, quia non est
actus, cui sanctitas sit annexa. Deinde quia nulla consecra-
tione, & ordine ad illud munus exercendum deputatur. Sic ex
communi sententiæ aduersus Calet. & Nauar. tradie
Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 1. §. 9. 4. concl. 4. in fine. Suar.
disp. 16. scđ. 3. circ. finem Valen. t. 4. disp. 3. q. 5. punct. 3. Sayrus
alii relatis, lib. 2. cap. 7. q. 4. n. 5.

P V N C T . VII.

Qualiter gratia iustificans per Sacramenta
concedatur.

1. Omnia Sacramenta noua legi gratiam iustificantem con-
ferunt quantum est ex se.
2. Secus Sacramenta legis antiqua.
3. Aliqua Sacramenta noua legis conferunt per se primam gr.